HUGO DE SANCTO VICTORE

Österreich, 12. Jh.

Seite 1r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26334
Copyright: Admont, Benediktinerstift

INCIPIT PRO
LOGVS.

AGNI SVNT IN
scripturis sacris spiritualium sensuum profunditates.
sed qui omnibus eadem intelligendi gratia data est. hic sacrum eloquium quedam in se quibus fide simplicium pascit. quequidem auctoritibus uincta. una uerita tis regula proficiunt. Sapientia in sacri eloquii tractatione non eadem dicendi forma ubique seruanda est. quia alia fidei sacramenta excellentiori sermone et dignioribus scis proferenda tractanda sunt. minora autem sacramentorum diuinorum instrumenta per capacitate simplicium humiliori locutionis genere explanandum. ut ecce quod septum est in fimbriis aureis circumamicta uarietate. Sic enim sancta ecclesia morum bonorum acuitatum uarietate pulchre adornatur. ita sacra scriptura unde ecclesia ipsa sororum uirtutum formam sumit. in suo sermone pulchre uarietate circumuiritur. in qua tamen uarietas ipsa est apta. ut scisma non generet. et diuersitas cordis ad uersitatem non pariat. Neque enim inter magna modica despiciunt. neque rursum modica magnis associari indigna sunt. Sed ornant se in uicem in una ueritate. quae propter ueritatem placent omnia. Nemo igitur mirari si per magna et in magna fidei sacramenta eorum quae in suo ordine inferiora uidentur mentio fit. quamuis se abhorrent simul quae in ueritate unum sunt. Ita ipse dominus humiliari dignatus est ad humana descendens. ut hominem posset modum ad diuina sublenare.

IN hoc secundo libro sic in primo capitula per singulas partes distincta ordinantur. sic subiecta sunt. Continentur autem. XVIII. partes.

PRIMA pars tractat de incarnatione uerbi. Secunda de unitate ecclesiae quae est corpus Christi. Tertia pars tractat de ordinibus ecclesiasticis.

Quarta de indumentis sacris.

Quinta de dedicatione ecclesiae.

Sexta de baptismo. Septima de confirmatione. Octaua de corporis et sanguinis Christi sacramento. Nona de minoribus sacramentis et sacris. Decima de simonia. Undecima de iuuenio. Duodecima de votis. Tertiadecima de uitiis et uirtutibus. Quartadecima de confessione et penitentia et remissione peccatorum.

Quintadecima de unctione infirmorum. Sexta decima de fine hominis. Septimadecima de fine seculi. Octauadecima de statu futuri seculi. Harum igitur partium capitula ordine subiecta